Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Testimoniū in ioseph posuit illud: cum
exiret de terra ægypti. linguam quam non
nouerat audiuit.
Diuertit ab oneribus dorsum eius manus
eius in cophino seruierunt.
In tribulatione inuocasti me & liberaui te.
exaudiui te in abscondito tempestatis pro
baui te apud aquam contradictionis.
Audi pplṡ meus & contestabor te. israhel si
audieris me non erit in te dṡ recens. neque
adorabis dm̄ alienum.
Ego enim sum dn̄s ds̄ tuus qui eduxi te
de terra ægypti. dilata os tuū & implebo illud.
Et non audiuit populus meus uocē meam
& israhel non intendit michi.
Et dimisi eos secundū desideria cordis eorum.
ibunt in adinuentionibus suis.
Si populus meus audisset me. israhel si in uiis